

1920

## ET JURE MERETRICUM IN EUNDEM. 97

ob turp. Eadem porro obtinet tam in meretrice occulta, quam publica. Illa enim, quæ extra lupanar passim se prostituit, cum vere & formaliter sit meretrix L. 43. pr. de R. N. vid. C. I. num. 18. idem quoque circa eam jus observandum est, quod locum habet in publica. Accedit, quod si quæ alia mulier præter meretricem ob stuprum acceperit, datum non possit condici ob utriusque & dantis & accipientis turpitudinem d. L. 4. pr. ff. de cond. ob turp. Nec interest, utrum actus ille fornicationis, pro quo aliquid datur, 10 subsecutus fuerit, aut non fuerit: nam repetitio ex condictione causa data causa non secuta cessat, si ob causam in honestam aliquid datum fuerit L. 1. pr. ff. de cond. caus. dat. qualis est in re præsenti d. L. 4. pr. ff. de cond. ob turp. Neque ea sententia tan- 11 tum in Foro exteriore recepta est; sed interiore etiam & Conscientiae probari videtur posse, uti multis probatur. Cum enim quæstus meretricius ex donatione proficiscatur; donatio autem titu- liss justus sit & ad dominium transferendum habilis, ex quo quis salva conscientia aliquid accipere, & acceptum tanquam suum retinere liceat: sequitur etiam, quod meretrix quæstum istum ac- cipiendo suum faciat, eumque ceu juste sibi acquisitum illæsa con- scientia retinere possit. Deinde asseri de meretrice nequit, quod suum euquam auferat: cum, si amasium eum supponamus, qui sui juris & liberam disponendi de rebus suis facultatem habeat, quicquid ea accipiat, à Domino rem suam transferre volente & consulto dante accipiat. Sed hæc & quæ ab aliis afferuntur, 12 vid. D. Brunneman. in Append. ad c. 4. de R. J. in 6. num. 123. seqq. speciosa quidem sunt; verum si penitus inspiciantur, pa- rum in se roboris habent. Etenim certum nobis est ac indubita- tum; quod ad alicujus rei acquisitionem in Foro Conscientiae so- lus titulus justus non sufficiat; sed insuper desideretur, ut perso- na acquirens omni careat vitio, exemplo usucipientis c. 5. Tult. X. de Praescription. Inter ea autem vitia personæ cum primis re- ferendos est defectus legitimationis personæ sive habitatis ad ac- quirendum. Omnis vero iste legitimam personam sive habilem 13 ad acquitendum sustinere dicitur, qui utilis aliis esse potest, sive